













colorchecker CLASSIC



x-rite

mm

Bigi.
omitis.
Darcii.
Fidentii.
Joui.
Ninturru.
incralii.
Carmina


7.


21552

s.
i.
tii.
l.
ni.
hi.
na

52

28462





1615

LOD. BICI PICTORII

IN COELESTES.

Archangelos.

Hymnicæ Centurie.

Nominum interpretatio.

Michael. *Quis est sicut iste.*

Gabriel. *Virtus mea deus uel cōfortatio mea de⁹.*

Raphael. *Medicina dei.*

Eiusdem Pictoriij.

Ad omnes Angelos

Hymnus.

Item.

Ad Sanctam Annam.

Item.

Ad B. Mariam Magdalenē.

Ad Alphonsum Paulucium pro
Ferrariæ Duce apud. S. Pon
tificē Oratorē dignissimū.

I Liber ad rerum dominam s̄c̄līc̄t̄r̄ urb̄m,
Sed prius Alphonsi sis memor ire domum.
Te sibi si forsan mirabitur esse dicatum,
Fecisse id triplici me ratione refer,
Prima, q; est romæ, carusq; secunda sodalis,
Tertia, q; crispis Virgiliisq; colit.
Si tragica romana leget te fronte iuuentus,
Natales natis dic nocuisse lares.
Namq; aliud ruri est aliud componere in urbe,
Vrceolos redolent nina dapseq; suos.

Lodonici Bigi Pictori Ferrarensis in cœlestes Arc
châgelos Hymnicæ Cœ turie Fæliciter icipiunt.
In Michaelem cœlestem Archangelum.

Sim licet o superæ castrorum signifer arcis
Ipse ego phœbeis miles male cantus in armis
Altisonosq; in honoř tuo uox ludat Homeros,
Cum tamen ut cantē de te modo, thespius ardor
(Nescio cur) citbarā cogat me tangere, porro
Excusandus ero, Verum ne pondere saltem
Obruas exemplo, ceu nauta furendibus undis
Equoris ignarus, per magni sepræ tonantis
Oro, uelis nostris illabi sensibus, atq;
Quod nequeūt oculi, cernat mens, dextraq; menti
Serviat & graphium, pinguāq; coloribus artis.
Pieriæ cœleste tui iubar oris, & artus
Ad planctā cunctos a uertice, teq; uidendum
Humano prodam generi, Sed quo mea fertur
Hei mibi Calliope, quo mens insana uagatur?
Quæ desiderij violentia pingat Apelles
Parrbasius, Zeussq; manu concorditer una
Quam pote formosum primæni floris ephœbum,
Cedet, uti pix atra nini, luciq; tenebra.
Fallor? an exorti simulachra ueterrima belli
Inter olympicolas uideor spectare cohortes?
Et lituis audire polos reboare sonoris?
Misceriq; manus hinc inde? quis ille micanti
Casside? penatusq; humeros, thoraceq; tectus
Gemmato? & gestans adamantis cuspide telum?
Milia qui sternit, qui millia fundit, & alto
Aethere præcipitat? non ab re nomina sane

Imponi persēpe solent, quis enim uelut iste est?
Nomine qd. Michael resonat, quis ut iste? qs īquā?
Macte animo Iuuenis grande molire triumphum,
Quē colat euphrates, quē medus adoret hydaspes,
Quem diues ueneretur arabs, celebrētq; britanni,
Deniq; qui libyen habitant, asiamq; patentem,
Europamq; tuæ robur uirtutis honorent,
Quo pater omnipotens ad magna negotia multum
Vtitur e cunctis, qui sunt sine fine, ministris.
Gens dedit exemplum multis memphitica plagiis,
Quæ tumidis demum cum rege sepulta sub undis
Te pelagus claudente nigro nunc ardet in igne,
Semper & ardebit, sedesq; ubi fata quietas
Cælica monstrabant, duce te peruenit ad ipsas
Conseruata phalanx. Decet an ne tacere, qd offere
Se mihi mandandum fastis? Erebeia pubes
Ut populi colerent summo pro numine Mosis
Morte obita corpus, nixa est pro uiribus, atqui
Te subito opponens aggressus es agmen, & auras
Dextra tua in uacuas strategemata cūcta resoluit,
O folijs scribi uictoria digna fibyllæ,
Ex auroq; notanda stilo. Quid & illa? minoris
An pretij fortasse? tua cum perfica cura
Regna profanaro maduerunt tota cruento?
Auguror an recte? ludor ue? quid obsecro lances
Quas retinent tua signa manu, prætendere possunt
Vna anima sursum tendente, aliaq; deorsum?
Munus nempe tuum est hominum se pelire nocentes
Sub mæsto stygis amne, piosq; remittere in astra,
Quid draco sub pedib⁹ stridēs? tibi supplicet agnes

Tartarei quicunq; cupit calcare barathri,
Quot per te fiant miracula, teste probare
Gente licet multa possem, Garganus abundat,
Appulus is mons est, animi nisi fallimur, ipsam
Historiam brevibus si strinxero, non erit aequo
Lectori ingratum, pecoris ditissimus illa,
Vir regione fuit, nomen Garganus ab ipsa.
Rupe (nec ista reor me fallat opinio) sumptum
Cum procul errasset per deuinia taurus, in alto
Vertice montis herc passim mandante requiri,
Inuentus tandem fuit, & contorta sagitta
Contra animal feriit iaculantem sponte reuersa,
Admiranda cano, sed nera, iubetur, ut esca
Abstineant, fundantq; præces, poscantq; doceri
Quid portent auelint, Michael manifestat id. actu
Se curante, loci quoniam tutela fuissest
Commendata sibi; fabricataq; protinus aedes
Durat, & aeternos est duratura per annos.
Cetera quid tentem tua plurima dicere facta?
Orpheos excedunt vires & apollinis, adde
Sat q; ab occasu celebrata uagantur ad ortum,
Maxima sunt, maiora tamen facturus es, illud
Quale putem bellum fore? cum teterrimus ille
Aemulus adueniet Christi, rerumq; potentem
Se maris & terræ cœliq; fatebitur esse,
Quæret & imperium ducis usurpare superni,
Hec tibi seruatur Princeps fortissime palma,
Totus erit tuus iste labor, laus tota, decusq;
Quare age uenturis accingere fortiter armis,
Terribilemque accende tubam, qua funeta resurgent

Corpora, quantus erit tuus hinc honor? ossib⁹ ossa,
Et neruis nerui iungentur, & artibus artus.
Quanti illud? cum triste feres hastile? cruenta
Serta? truces clanos? & dura flagella crucem⁹
Argumenta deum pro nobis esse peremptum?
Ab modo nō frustra tulerit tot tantaq; pro me,
Nec mea præualeant delicta, nec eumenis hydro⁹
Me liget ingratum meritorum. siquid amoris
Angele siderei soboles clarissima regni
Est tibi, si qua tuo clementia pectore uersat,
Te rogo, suscipias nos tempus in omne tuendos,
Et tua, dum uiuam, seu lux erit alma uel imber,
Omni templo die supplex cum munere uisam,

In Gabrielem cœlestem Archangulum.

Consuerunt ueteres proles Puer alta poetæ
Dicitu⁹ quis hominū de laude caduca
Poscere in auxiliū multis sua numia notis
Cum mibi nunc animus tua sit præconia fari,
Non hominis, sed cœlicolæ præconia Dini,
Nō ne opus est, maius studio maiore uiuamen
Quæram ego? fac igitur facie nos ille serena
Prospiciat, solo qui motans omnia nutu
Ima quatit, fœcundat agros, illustrat olympum,
Quo sine dei gementi, præsens hilararet auernū,
Quicqd agit deus hic tantus nigrum ue uel albū.
Omne sua semper ratione sit, hinc ego nomen
Impostum fuit unde tibi reperire labore,
Et nisi falsiloqua mens natibus entheā fama
Esse deo plenis dicatur (claudat hiatus
Linor honoris edax, nec enim numerare uerebor

Me quoq; museos audaciter inter alumnos)
Nominis ima tui penetralia contuor ipsis
His oculis, tua nanq; deus deus est tua uirtus
Solamenq; tuum. siquidē iubet, omne per ænum
Defendas mortale genus, mœroreq; pressos
Nos uirtute leues, & luctum in gaudia uertas.
Non, mihi si centum dent plectra lyrasq; camæne,
Et mea, quotquot erunt anni mihi, pieris ausit
Velle tui cumulos in nos memorare fauoris,
Sufficiet, quin continue complura canenti
Rest abunt complura sacris dignissima libris.
Quam celeber fuerit Domini præcursor & ingēs,
Inde potest a prime capi, q; his omnibus, essent
Semine qui geniti muliebri, noce tonantis
Prælatus testante fuit, tu tu ergo parenti
Conceptum tam magni hominis demissus ab alto
Nuncius (o landum prouincia plena) fuisti
Dignus, ut æternum regnantis parte referres.
Non ne bona suadere fide mihi iureq; possum?
Nunc te sepe loqui cum præcursorē simulq;
Illiū cum patre? simul cum matre? iocisq;
Vos inter gestas res commemorare uicissim?
Credibilest etenim post nuncia, donec uterq;
Vixit, ad illorum te nocte dieq; fuisse
Sollicitum curā, fabor ne? rasebo ne? certe
Quin meus auditu primo sibi pallia lector
Scindat, & offendas obturrans protinus aures
Clamitet in nostrū lapides caput esse mouendos,
Haud dubium est, quæ uera tñ sunt, ipse fatebor,
Ignoscat mihi uirgo parens, tu dignior illa

Cum tibi nosse datum prius est mysteria partus,
Quo deus hunc uenturus erat mortalis in orbem,
Duraq; tñnarei fracturus claustra tyranni,
Fœlicemq; homini uitam sine fine datus,
O uiridi, o pulchra dignissime nuncie lauru,
Non, quam sunt soliti post bella peracta meteri
Marte duces, curæq; uiri loca prima tenentes
Sed cuius celso sublimius axe cacumen
Præbeat angelicis umbracula grata choreis,
Quali ego crediderim te ueste quibusq; fuisse
Ornatum gemmis? quales habuisse cothurnos?
Quos torques? quæ cæsariæ? Quos frōtis honores?
Quā faciē? quales humeros? quæ lumina & artus?
Saltem animo o superi, quæ sentio, promere cantu
Humanisq; oculis mihi subiecisse daretur,
Siquid inest citra sumnum, nihil est ita paruum
Nil adeo minimum, quin uires obruat omnis
Pegasidum, & neruos superet frangatq; mineruæ,
Quid meditor uerborum adipem: pōdusq; qd alta
Sensa: sophosq; latens: & dulci melle fluentem
Harmoniæ? quid sidereo attingere gestus
Conor? & eternum numeris mandare legendos?
Non ea uis calami, non est ea copia fandi,
Non ea castalidum facundia, scilicet ausim
Velle nucis concha mare claudere? scilicet optem
In uetitumq; iugum mitar sustolleré saxum
Sisyphium: & uanis imitans ego Bellidas urnis
Sperabo tanti laticem siccare profundi?
Indictam ne sinam te Virgo puerpera? Quid te
Territat? an species legati sole coroscans

Largius? an curuo q; poplite Diuns honoret
Mortalem? ac tecum dominum afferat esse? qd illi
Iam dea respondes? domini ecce ancilla, mibiq;
Fiat ut imperitat. Stellæ rorate pruinam
Optatam nostris tot sœcula patribus, æther
Exultet, sit terra hilaris, lætetur abyssus,
Illustres ubi sunt animæ, patescat olympus
Ocyus, expectate parum, tremere Tartare, Pluto,
Tisiphone triplexq; Canis cito uestra potestas
Pessum ibit, stupidi tu Nuncie fauste negotij
Quo nullum neq; nobilius neq; grandius esse
Vtiliusq; potest, placida nos aspice fronte,
Facq; ope cymba tua crucis insignita cruentæ
Murice propicia fugiat symplegadas aura
Inferni pelagi, sedeat super arbore candor.
Temperies tractat remos clamumq; gubernet
Eirmus amor recti, tortos clementia fines
Explicit, hamatum firmet constantia ferrum,
Et longum spes atq; fides perferre laborem
Nos quantis possunt hortentur uocibus, atq;
Quo magis optatam uersus tendemus ad urbem,
Hoc magis instantes operi duremus, & ardens
Nos amor in superos superas comitetur in oras
Carbasa mutatis nigris in candida uelis.

In Raphaelē cœlestē Archangelum.

HAec tenus extimui semper, ne nostra labaret
Musa opus aggressura nouum, nunc o Puer alti
Inclyta progenies cœli nihil hæsito de te
Scripturus sanctum precibus solennibus hymnum,
Nam ducis officium, nemo est, qui nesciat esse

Præcipuo tibi iure datum, te nauta regente
Intrepidus celeri per iniqua ceraunia puppe
Navigat, & scyllam rumpit, superatq; charybdim,
Quoq; cupit, flectit classem, seu nare sinistra
Seu dextra lubeat, medios tutissimus hostes
Pertransit miles, cursor non deviat, immo
A recta nullus uita, calcamus auaram
Ingluuiem, excutimus ueneris iuga, celsaq; mōstri
Cornua fastosi contundimus, ergo timendum
Nil mihi. Q uisquis adest, dicat pia uerba, feratq;
Corycias messes & pingues thuris aceruos,
Ex auro tripodes, argentea uasa, tapetes,
Quippe hominum facie da duci sunt sacra, Profani
Hinc gressus auserte procul, procul ite, nec ulla
Sit mora, nanq; sacer locus iste, cauete (monemus
Si cordi uita est) ne quis contaminet aras,
Nos uero o Socij alternis de more canamus,
Angelicis alterna choris fore grata teneri
Haud cassa ratione potest, nam credere dignum est,
Hi quoq; diuinos Ducis omnipotentis honores
Alternis celebrent, Evidem uerissima narras,
Ergo coruscantis laudes cantemus ephœbi.
Q uis canat insignem pennæ radiante galerum?
Q uis super intextam gemmis auroq; coronam?
Aurea quis teneri niueiq; monilia colli?
Chrysolitosq; humeris pendentes, fronte pyropum
Cuspide sublimem flagrante parumq; recurva?
Brachia quis gemino circumrutilantia torque
Dicat: & albentem cum zona diente pallam?
Nexa quis auratis referat talaria filis

Gemmea? quis roseos uolitante ligamine soccos?
Ergo coruscantis laudes cantemus ephæbi.
Quis uidit flauos adeo fulgere capillos?
Quis stellas oculis? labijs quis præferat ostrum?
Purpureis pæstaria genis rosa cedit, eburq;
Candenti libycum collo, specimenq; nigrantis
Tale supercilij nunq; natura creauit,
Nec tanta faciem dulcedine, deniq; quis non
Pendulus obstupeat simul & colat omnibus artus.
Compactos numeris? decus o cœleste precamur.
Dirigat in rectam nostror; tua dextera passus.
Ergo coruscantis laudes cantemus ephæbi.
Nemo tuam desperet opem, quicunq; per huins
Contigit ire fretum licet in placabile uitæ,
Tobias puer ille satus clementibus astris
Dat nobis animum, quantos euaserit æstus
Aequoris, & terræ q; multa pericula ductus
Auspicioq; tuo nonere palatia phæbi
Vtraq; ne iuueni cocytia turma noceret,
Vinxisti duris nequissima monstra catenis,
Nos quoq; ab horrisoni defende draconibus orci,
Ergo coruscantis laudes cantemus ephæbi
Nunq; ego (uel supra si stent caput arma) negarim
Sospite quin subitos Lothus pede fugerit ignes,
Sitq; ingressa feri Iuditha, cubilia regis
Atq; reportarit duce te caput, o nimis atq;
O semper fælix, quicunq; recurrit in ædes
Thure genuq; tuas humili, non ibit inanis
Votorum, nec inops operis, neq; pinus acutis
Cantibus illidet, sed quantibus integra portum

Intrabit profugis, gratesq; in littore soluent.
Ergo coruscantis laudes cantemus ephœbi
O tua fausta charis, tu semper nanc; tuendo
Inmortale bonum metuis mala nulla, genusq;
Lætitiae quodcunq; cupis spectacula donant,
Quodq; perenne uides, etiam magis usq; peroptas
Cernere, nec cupidæ cruciant incendia mentis,
Quin magis oblectant, quanto maioribus ardent
Ignibus, o animis non intellecta superbis,
Nec quibus imperitant ueneres & anara libido,
Pectore securi, quibus es custodia, uiuant.
Ergo coruscantis laudes cantemus ephœbi.
Scis puer alme tui reparandas esse ruinas
Agminis humano natis de semine, uerum
Indignos tantis nos percipis esse cathedris,
Est opus auxilio, terram prosternere posse,
Deq; loco mouisse polos diuina potestas
Si tibi permittat, nequeuntq; resistere telis
Tota nigri iouis antra tuis, succurre labori
Quem miseri patimur ingi certamine cuncta
Quos acies humana uidet nec prospicit hostes.
Ergo coruscantis laudes cantemus ephœbi.
Indagare tuum solerti interprete nomen
Si uolumus, medicina' dei es, contagio quædam est
Vita homin s. nil lecta ualent Chironis in horto
Gramina, nil prodest, cretea quod educat ida.
Ossibus ista latet sanies, sis obsecro presto
O medicos inter celeberrime, non opus herbis,
Non colubri spuma, non quicquid in arte Machaon
Nouerit, in magni faciles nos iussa tonantis

Redde, nec ulla queat nos inde mouere voluptas,
Ergo coruscantes laudes cantemus ephœbi.
Rhœbus abit. Vos o pueri suspendite sancto
Dona tholo, faveantq; hymno uatiq; legentes,
Perpetuamq; dari pacem mortalibus orent?

Ad omnes cœlestes Angelos.

MAgna cano cunctaq; hominū supantia vires
Scilicet angelicos uiuentia flamina cœtus,
Et nullis obiecta malis, morituraq; nunq;
Inq; statu semper se conseruantia eodem
Seq; eadem, quo s nostra fides tenet esse ministros
Numinis assiduos summi, quorumq; perenni
Cuncta ministerio nascuntur, stantq; fluuntq;
Ac pereunt, hic nanq; uelut terrena potestas
In solio stans ipsa suo sua regna gubernat
Sed per diuersos diuersa negotia seruos,
Vtitur angelicis sic & deus usq; cateruis
Ad terræ pelagiq; plagas cœliq; regendas.
O felix & honorata cohors numerosaq; turba
Præcipuiq; tonantis opus, nam quicquid es, omne
Spiritus est, igiturq; deo res nulla triformi
Te magis est similis, nec qua sic exprimat illud
Immensum rerum sophos eternumq; profundum,
Ardeo solennem de te componere cantum,
Vnde meas tentem vires, sed qualis in alto
Nauta cateruatim surgentibus undiq; uenit
Ignorat, cui uela queat dare tutius, ad quas
Nescio me laudes uertam prius, omnia quis
Summa priora putem, semper maiora sequuntur
Moleq; Calliope & numero iacet obruta, quare

Daueniam tenui minima & pauca ore canenti,
Cætera mortalis nequit explicuisse facultas.
Vix te maiestas diuina creauerat, illi
Continuo meritas cœpisti reddere grates,
Auctoremq; tuum laudare, deumq; fateri,
Propterea q; tibi cœli regione potiri
Concessum est, stabilisq; manes tu amore supremi
Regis, & auerti nunq; potes eius ab ore,
Inq; ipso, ueluti in speculo, rerum omnia cernens
Et stellas numeras, & earum singula nosti
Nomina, & herbarum lapidumq;, nec ipsa uolucris
Sunt ignota tibi nestigia, quicquid in undis
Vivit, & in siluis, agroq;, & ubiq; locorum,
Prospicis, & pariter causas, tu curris ab ortu
Præpes ad occasum nutu properantius, atq;
Nulla tuis possunt obsistere corpora pennis
Nam penetras muros, & saxa per inuia rupes
Transgrederis, pelagusq; natas, nec tangitur unda.
Nunquid ego fortasse loqui de uiribus ausim?
Cum minimus de gente tua queat oppida multa
Exigua prostrasse mora, montesq; nivosos
Transportare leues superante cacumine nubes,
Quin nisi concilij stabilissimus ordo superni
Obstiterit, totam ualeas de cardine terram
Sublatam portare humeris nil pondere fessis,
Quippe tua est nulli uirtus addicta labori,
Aethereosq; proinde globos nunq; anxia ingi
Orbe rotas, nigriq; pauent tua robora manes,
Teq; colunt merito proceres, populiq; minores,
Namq; regis pagos urbesq; & regia testa

Prinatasq; domos, quanti laus illa? q; affers
Inessa dei nobis, illiq; precamina nostra,
Et sint grata facis, noctesq; diesq; laboras
Pauperibus det auarus opes, ueneremq; relinquat
Nequic Peace seruus, tumidosq; superbus honores
Negligat, & proprios nibil oderit inuidus hostes,
Quin amet, & fuerit quortiens opus, adiuuet omni
Quo potis est studio. quid multis? quicquid honesti
Quicquid & est & qui ac iusti, suadente fit illud
Te totum nobisq; tuum præstante fauorem,
Per te etiam omnipotens placatus sepe flagellis
Parcit, & a plagiis subito sacer abstinet ignis,
Atq; repentinæ cedunt fera prælia paci,
Ac insperatæ depellitur ubere frugis
Imperiosa famæ. quis mille pericla nolentem
Subdere, quæ fugimus duce te, furor entheus in me
Irruit? atq; tuam uideor comprehendere formam
Posseq; mansuris in secla tradere chartis,
Postmodo principium tentans dare mente decori
Concepto uacuus uoti inceptiq; re linquo,
Nusq; etenim inuenio tam celsa uocabula, ut isti
Respondere queant operi, cœlestia sane
Cœlesti scribenda manu præconia nosco,
Cernimus in terra mirando plurima cultu,
Ornatosq; polos radijs fulgentibus, atqui
Quin magis eniteat tua gloria, nemo negarit,
Cum teneas primo loca proximiora nitoris.
Hinc ego compellor largos effundere fletus,
Mortalesq; probris incessere corde carentes,
Qui tua cum tenui sudore sedilia possint

Scandere diuinæ seruata lege tavellæ,
Nil minus obseruent, tanti miserere furoris,
Commissoq; gregi fer opem, fratrumq; ruinas
Si cupis instauret soboles humana, tenebras
Excute, uti recto gradienti tramite detur
In uacuis tecum pariter considere sellis.

A d. S. Annam.

Quae noua materies nostris data uatib⁹ atqui
Carmine cunctorum maior, licet ore sub uno
Quotquot erūt, studeant pario de marmore signum
Anna tuum ueneranda sacris cantare cothurnis.
Crediderim ne fidem uenturi in carne tonantis,
Mortali notam generi quo tempore uixit
Praxiteles: clarusq; Myron: fortasseq; primus
Lysippus: ueteres cum p̄ferat ista magistros
Effigies nino natam carumq; nepotem
Sustentans gremio, & geminis hinc inde lacertis
Circūplexa duos. O uis mirabilis artis,
In te, conspicimus uiuentia cuncta senectæ,
In nata, roseæ decus omne uigere uiuentæ.
In puerō, quicquid pulcherrimus exigit infans
Verum nescio quo numen cœleste decore
Ostentante trucesq; hominum sedante furores,
Singula natuvis ita sunt expressa figuris.
Miror ubi latuisse potes tot sœcula, sisq;
Quo seruata loco, quisquis fuit ille, colendum
Censeo, cui tantæ data sit custodia gazæ.
Si tamen artificis labor es fortasse recentis,
Te credo ducente manum cœlumq; regente
Maleolosq; parum multum ue lenante, necesse

Sicut erat triplici pro maiestate colossi.
Hinc laudes accensa tuas mea pieris ardet
Castalia memorare tuba, sed mole tuarum
Obruta uirtutum nequii hiscere, quæso uoluntas
Sis satis, atq; accepta habeas præconia, quæ mens
Concipit, ac nullo potis est expromere cantu.
Cum deus, in cunctis qui cuncta decentia rebus
Iugiter obseruat, te ioto elegerit orbe
In propriæ matrem genitricis q̄ta fuisti
Quis non percipiat? quotquot peperere uirili
Semine matrone, præcellis honoribus omnes,
Et passim regina chori totius haberis,
Atq; ideo quisquis cupit impetrare, quod optat,
Supplicet ille tibi, facili tu nanq; præcatu
Virgineam exoras sobolem, simul illa repente
Obtinet a dulci quæ postulat, omnia nato.
Fallor? an hoc posuit Corrixius ille facellum
Quæ uaga fama canit diuino ardere calore?
Et doctæ magnum decus esse cohortis, & ingens
Auxilium miserorum inopum: pro munere cordi
Hæreat iste tuo. & cantor Pictorius hymni
Quantulus est, simulac brevis irremeabile uitæ
Te duce curriculum fœlix transuerit, arces
Aethereas scandat superæ licet infimus aulæ,
Teq; rogat, cures cum prole deoq; nepote,
Ut pater æternum iubar atq; immensa potestas
In melius tandem terrena negotia uertat,
Quippe uides rerum dominos crudeliter uti
Imperijs, proceres audios, plebemq; superbam,
Virtutemq; premi, & uitium regnare, foresq;

Esse pudicitiae clausas, uenerisq; patentes,
Deniq; ius & fas solum consistere in armis,
Ergo age Dina libens mūdo succurre cadenti,
Facq; tuis præcibus natæq; favore potentis
Relligio priscum renouata resumat amorem
Erga homines, cultusq; pios in numina, si quis
Audeat obniti, tactus cadat igne trisulco,
Ut redeant optata diu fælicia sæcla.

Ad. B. Mariam Magdalenem.

Quisquis habet scelerum p̄cordia uincula catenis,
Ne desperet opem si crederet esse tenaces
Ultra hominum vires, numeris præsentibus aures
Præstet, & exemplo se peccatricis inertem
Exciter, & facili septena ligamina ditis
Ipse quoq; abrumpet conamine. Magdalon olim
Inde fuit oppidulum, uestigia seruat
Nūc quoq;. Magdalene Maria hic cognomen ade
Dives opū mulier, cassisq; parentib⁹ aura (pta est,
Sola domi, florens ætate, decore uenusta
Si non humanum supra de cus, unica saltē,
Id quod ab eximijs etiam num corporis omnes
Relliquijs possunt comprehendere, forma, iuuenta,
Libertas, & opes irritamenta malorum
Primo animum pessum, corpusq; deinde dederunt,
Et ne longanimis mora sit recitare choreas,
Cantus, naula, iocos, conuinia crebra, papillas
Nudatas, humeros ad zonæ uincula patentes,
Brachia plus medio detecta, colore labella
Illita puniceo, geminum caligine tintatum
Nigranti cilium ac tenuatum forcipe, pīctam

Candenti faciem cerusa & murice rubro,
Crispatosq; omni studiosius arte capillos,
Deniq; neu, iuenum uenantia lumina sensus
Sinari rare uelim, me deserat hesperus, illi
Nil adeo fidum in mentem occurrebat, ut omne
Nollet id amplecti, mera pro ratione libido
Semper erat, legesq; sibi seruire putabat.
At quia rex superū stat cordis ad ostia nostri
Ingiter, & uario pulsat spiramine postes,
Illa suos tandem patefecit, & omnia cœpit
Spernere fœmineas segmenta ligantia mentes,
Atq; semiramios imitantia dogmata mores,
Abreptoq; uolans unguenti uase cucurrit
Ad dominum, lacrymisq; pedes pstrata rigauit.
Crinibus & lotos abstersit, & unxit amomo,
Et quoniam exarsit multum, sibi multa remitti
Crimina promeruit. quis erit tam perditus ergo,
Moribus? & tantum deiectus pectore? nolit
Ut sumpsisse animum? & similem sperare salutem?
Vitam alacris turpem mō ploret, & ungat egenos
Scilicet adiutans opibus, quibus affluit, & sic
Nequitiae euadet fœlici puppe charybdim,
Plaudentisq; sibi uentosa ceraunia fastus.
Et nunq; saturas fuluo symplegadas auro.
O mulier sacris ueneranda perenniter hymnis,
Te rogo, dum cantare tuas rudis audeo laudes,
Ore uelis resonare meo. post matris amorem
Te deus ante alias quātum dilexit, & usus.
Hospitio q; sepe tuo fuit, utq; libenter.
Tecum erat, & monitis animam eruditiebat, inane

Commemorare foret, polus hic cognouit & alter,
Diua benigna doce (nunc omnia quippe superno
Aspicis in speculo) cur te pius ante magister
Iussit accersi, qd carcere uellet ab imo
Germanum renocare tuum. Tibi plurima laus sit
Macta tholis audis nos exorata precantes,
Venerat ille tuo præsertim allelus amore,
Par quoq; erat, tanto te uellet adesse stupori.
In tremuit, lacrymisq; tuis quassatus ad ima
Ossa coruscantes (quod fecit rarius) orbes
Ploranti turbauit aqua, clamoreq; grandi
Intonuit, dixitq; foras o Lazare prodi,
Prodij & subito, licet esset utrosq; ligatus
Centili de more pedes geminosq; lacertos,
Quatriduoq; iacens fædum traxisset odorem.
Quid superos non cogit amor delicta gementis?
Tu nobis locuplete fide data testis es, unde
Optima quin fuerit tibi pars electa, negare
Quis uelit? & quænam potis est auferre potestas?
Cum tacitus (qd sepe qd est) mecum ipse uoluto,
Quā miserum sis ante crucem perpessa dolorem,
Torpescunt uenæ, & stupidis noctis fauibus hæret,
Nilq; loqui ualeo, summus fuit ardor, oportet
Et summus fuerit mæror tuus, auxit & illum
Lurida fœcundæ præsentia uirginis, atq;
Qualiter hinc illinc uarijs agitata procellis
Cymba fatigatur, fomenta doloris habebas
Vndiq; quid credam magis, ambigo, uirgo ne sit te
An tu illam in tanta sis consolata ruina.
An potius fuerit plagis intenta uidendis

Vtraq; sanguinea pendentis in arbore Christi.
Plena tui ut taceam tutamina amore magistri.
Prætereamq; super uisos tibi margine busti
Sidereæ iuuenes aulæ tecumq; locutos,
Tu reducem (saluo genitricis honore) tonantem
Prima nigri domitis uidisti gentibus orci.
Adiçe uirginea cum matre habitasse tot annos
Et uixisse simul. fælix o fæmina. fælix
Marsilia regio, quæ te sortita magistram est.
Te ueterum fregit simul atra monente deorum,
Collaq; supposuit fidei. quis dixerit illic
Quanta? quot æternis egisti digna trophyis?
Cum sterili regina loci foret atq; præcatu
Facta tuo prægnans esset, cuperetq; maritus
Certior ut fieret de Christi dogmate Petrum
Visere, qui nondum patrijs abscesserat oris,
Ire suo uoluit cum coniuge, teq; relicta
Imperiū tutrice sui dant linteauentis,
Ipsa sed undisoni defuncta timore profundi
Enixa est puerum, quid agat pater inscius, illum
Applicat uberibus matri tellure iacentis,
Atq; utruinq; tibi lacrymis commendat obortis,
Tendit et ad sanctam lugubria carbeta terram,
Vtq; ministrat aquas fitientibus arrida cautes,
Sic gelidæ nato lac dulce mamilla parentis
Sufficit, Ambrosioq; tumeni exuberat imbre,
Postq; duos genitor rediens hunc repperit annos
Littore reptantem qui uiso remige serpsit
Teritus in gremium matri, quæ funda cubabat,
Sed deus ipse, uiro tua per benefacta rogante,

Reddidit uxori uitam, letique reuersi
In patriam uixere tuis hortatibus omnes
Constantes in amore dei, post plurima facta
In populis omni per te dignissima laude,
Aspera te decima trieteride panit eremus
Non dape de siluis, ast quam deus unus & idem
Trinus ab æthereæ mittebat sedibus urbis,
Magna loqui uideor, sed eis collata pusilla
Quæ summo potius celebranda putamus honore
Quam querula resonanda lyra, cum gloria maior
Res nimis excelsas tacuisse sit. obstupet orbis
Totus id, angelicas omni bis luce cateruas
Concinnisse sacros te circum dulciter hymnos
Pluriba terra sublato corpore palmas,
Vnde nihil mirum est, abs te prædicta quietis
Quod fuit hora tuæ, qua post instantे uocatus
Maximinus uiuam simulac tibi tradidit escam,
Spiritus in superas rapuit se protinus oras
Ingenti puerorum acie comitante uolucrum.
Sic rogo te per honor a crucis uexilla cruenta
Quam totiens complexa grani mcerore fuisti.
Ut tutela meæ sis indefessa carinæ
Donec ad optatum peruenierit integrum portum,
Poeta & Angelus custos collocutores.
Quisquis ad excubias animæ datus Angele nostræ
Esto memor, quiti credita gaza ualeat.
Nempe scio, sub sole nihil sit qualiter æquum,
Ipse ne sol? Minime. Plena ne luna? Minus.
Cura igitur debes uigilare perenniter, omnis
Nostra salus nec enim est hortulus hesperidum.

Poeta & Sūmus deus.

Rerum casa pater sapientia summa, potestas

Omnipotens, bonitas maxima dexter ades.

Quid petis? an celebri tolli super æthera fama?

Ditari ue rubro diuitis imbre tagi?

Quod proprium est tantæ dare maiestatis: id unū

Flagito. Num ploras crimina? Ploro. Datū est.

In Lectorem qui fuerit inuidus.

Forsan in hoc, quod agunt hodie pleriq; libello

Quæsieris lectas hinc procul inde rosas.

Nolo ego me furti condement criminè, & ipsa.

Carmina, quæ pango, sint mea tota nolo.

Si faciles nimium mihi dixeris esse camænas,

Quæ neruo duræ sint lege, niitte meas.

Si tumidus parere neges, certabimus una,

Tu liuore, sua noster apollo lyra.

Ad Linum.

Hexametros quicunq; canit Line tempore nostro,

Spondeum in quinta ponere sede uides.

Et, mea q; nunq; polyhymnia fecerit iſlud,

Miraris criticæ non sine labe note.

Fama uolat, quacunq; patens fluit amphitrite

Non ne putas noster dicere sciret holor?

Fama uolat, quacunq; uagis mare fluctibus errat.

Dicere si malim, dic, ubi crimen erit?


Digna coli sunt uerba, trahit sua quenq; uoluptas,


Me sine iure meo uiuere, niue tuo.


F I N I S.


Impressum Venetijs per Georgium de Rusconib⁹.


Anno Dñi. M.D.XX. Die. XXIX. Ianuarij.











B
Com
D
Fid
J
Min
Pand
Car





